



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Blasphemia

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

beneficiatis, tertiam, vt quidam dicunt.

59 Qui potest conferre beneficia, potest concedere, vt permutentur; Sed nunc obseruanda est constitutio Pij V. quæ incipit: Quanta,

\* *De perm. benef. Zech. de benef. c. 10.*

60 Potest auctoritate Papæ in commutatione beneficiorum fieri compensatio per pensionem, aut pecuniam pro fructibus alterius beneficij maioribus.

61 Non potest Notarius pro literis beneficij, scilicet, pro charta, labore, & alijs accipere, nisi vnum aureum. *Ex Trid. & Concil. Concil.*

Addit. 3 \* Resignantes beneficia ad fauorem fati est, si dignum eligant. *Caie. ver. Beneficium Arrag. q. 63. ar. 2. in 2. 2. ex communi. col. 12.*

Resignationes ad fauorem ab Episcopo non possunt admitti, sed à Papa admittuntur. *ex Pij Quinti Mot. propr. condito 1567. & v. Arra. l. c.*

### Blasphemia.

1 **B**lasphemia grauior est periurio, & homicidio.

\* *De Blasphemia multa Azor. l. 9. c. 28.*

\* *Fum. Blasph. 2. Sot. l. 8. q. 2. art. 3.*

2 Ne blasphemus absoluat sine graui pœnitentia seueri Confessarij arbitrio iniuncta, statuit Concilium Lateranense, & consonat Tridentinum, Sess. 14. c. 8.

\* *Vide Nauar. c. 12. num. 83. Azorium t. 1. libr. 9. c. 28. q. 9.*

3 Bla-

3 Blasphemans inaduertenter, ita vt si adu-  
teret, non faceret, non peccat mortaliter. Qui-  
dam tamen putant ex consuetudine blasphemare  
etiam inaduertenter, esse mortale, quod  
non est improbable.

\* *Nau. l. c. ex D. Thom. Syl. Blasph. 4. Fu. 1. Caie.  
eodem. vers.* Qui aduertens blasphematur, leui-  
tate materiae non excusatur: quaelibet enim  
falsitas graui Deum iniuria afficit. *Val. t. 3. d. 1.  
q. 13. p. 1.*

Addit. 3 Blasphemare, est de Dei excellentia  
detrahere, falso dicendo inesse Deo, quod non  
inest, vel non inesse, quod inest, idque animo  
derogandi supremo illi Numini: blasphematur  
etiam qui mente, aut voce Dei proprium cre-  
aturae attribuit. *Vide Val. l. c.*

Quando aliquis non serio, non ex indigna-  
tione Deum laedente, sed ioco, aut fine alio  
(vt ad docendum) de Deo aliquid falsi dicit  
non blasphematur, *Val. l. c.* Quae regula perpen-  
denda.

Vera dicere de Deo, aut Christo irrisorie,  
aut cum indignatione blasphematur, est, si irrisio, aut  
indignatio ad Deum spectet. *ex Val. l. c.*

## B O N A.

1 **B**ona mobilia dicuntur, quae commodè  
seruari non possunt ultra triennium, vt  
frumentum, vinum, oleum.

\* *Fum. Alienat. num. 10.*

2 Pecunia